



49

16 207

1652 5

6

JESU
ET

MAJORUM GRATIA.

DELIBATIO IN-
STITUTIONUM IM-
PERIAL.

Centuriam quæstionum ex singulis earum
Titt. defumptarum continens,

De Quâ

In Illustri Wittebergensi

PATROCINANTE

V R O

Nobilissimo, Amplissimo, Jure Consultissimo, Excellentiss.

DN. HENRICO COSELIO

de Pezlinovez J.U.D. & PP. Celeberr. Curia Elect.

Scabinatus & Facult. Jurid. Assessore, & h. t.

Decano Spectab.

Domino PATRONO, PROMOTORE ac Præceptore
devotè observando.

In Auditorio Jctorum

ad d. 30. Septemb.

horis antemeridianis

publicè disputabit

GEORGIUS THOMÆUS,

Tundera-Holsatus.

WITTEBERGÆ

Literis exscribebat Johannes Röhnerus, Acad. Typogr.

M. DC. LII.





D. D.

Præloquium.



Erſavere hætenus, cum diſputare contigit, labore noſtrum materia ſpecialis. Subiit autem generaliter jus Inſtit. libare, quod ipſum queſtiones hæc effecit, que pro Titt. numero centuriam explevere. De quibus, ut præloquio brevitate debitam ſervemus, hæc tantum excuſanda duximus: primò quod Authorum Allegatione abſtinuerimus, hoc cauſa eſt, quod quotidiani pleriq; ferè ſint & obvii, argumentisq; pugnandum potius eſſe perſpexerimus. Deinde, quod contrariorum ſolutio prætermiſſa ſit, hæc enim diſcurſui reſervare maluimus, utriusq; autem culpam brevitatis amata ſublevabit. Deniq; cum neceſſario in controverſis calculus cuidam dandus ſit, veniam à diſſentientibus ſperamus; amice & exercendi ſtudio hæc ſcripta: neq; ingeniolo quicquam tribui, ſed informare & corrigere errata à quovis diſcere merito volumus. Sed ad rem. Adſit Numen amicum!

LIB. I.

Quæſtio I. Diffuſiſſima controverſia agmen ducet: quatenus nimirum juris libri ſibi invicem derogent. Quanquam autem omnes hæc occaſione occurrentes antinomias diſſolvere, noſtris humeris impar ſit onus, attamen i. non putamus Diſtiſtis derogare Inſtitutiones, cum utriſque certus dies, ex quo valere debuerunt, præſtitutus ſit §. hæc igitur 23. de Confirm. Dig. ad Sen. omnemq; pop. & licet Inſtitutiones ſint poſteriores compoſitione, attamen ex promulgatione potius æſtimandæ. Neq; hæc Codex derogare poteſt, quoniam contenta ff. & Inſt.

Ad Proem. §. 5.

priora sunt. Nec 50. illæ famosæ Decisiones derogare putamus, cum illis & aliis jus controversum ante ff. planum reddidit non correctis ff. & Inst. §. *postea varò i. Constit. cordi nobis est. de Emend. Cod. Justin.* Novellæ autem, quin derogent, dubium non habet. Ordo juris compositi, ex quo hæc decidenda, passim apud Autores & in discursu fortè apparebit.

T. 1. §. fin.

2. Jus privatum collectum esse ex præceptis Naturalibus, Gentium & Civilibus Imp. hic asserit, idemne de jure publico? Sic putamus, carptim enim exinde deducta esse pleraque videntur, hinc jus belli inferendi publicum dicitur *l. 24. de capt. & postlim.* idem juris Gent. *l. 5. de just. & jur.* Conventiones sunt publicæ *l. 5. d. t.* eadem juris Gent. *d. l. 5.* jus publicum consistit in sacris *l. 1. §. 2. eod.* religio autem est ex jure naturæ *l. 2. eod.* ne attingamus Græcorum jura, à quibus derivatum jus Romanum esse nemini incognitum.

T. 2. §. pen.

3. Jus Naturale, quia divinam quâdam providentiâ constitutum, mutationi non subjacere defendemus.

T. 3. pr.

4. Omnes homines aut liberos aut servos esse oportet *pr. b.* ad quodnam genus autem referendi, qui in jure vocantur, adscriptitii? Ad classem liberorum cum plerisque putamus: 1. quia liberos homines procreant *l. 1. C. de præd. Thamiac.* quod non faciunt servi *§. pen. h. t.* 2. quia respectu Domini saltem penè dediti quâdam servitute videntur, respectu autem aliorum liberi sunt. *l. 2. C. in quib. caus. col. censet. dom. acc.* Servi autem quoad statum ubicunq; iidem permanent. 3. quia dominium & conditio adscriptitia separantur in *l. 24. C. de Episc. Aud. l. fin. C. de Transact.* 4. possunt fieri Clerici *Auth. adscriptitios C. de Episc. & Cler. non servi l. 37. §. 1. eod.* 8. Possunt possidere *l. 4. C. de agr. & Cens. non servi §. 3. Inst. per qu. pers. cuique acqu.*

T. 4. pr.

5. Specialiter libertatis favore constitutum, ut medium tempus ad libertatem profit, in aliis pro regulâ stabimus, quæ docet medium tempus regulariter nec prodesse, nec nocere solere, respectu initii, quod vel legitimum vel secus fuit vid. *§. 1. Inst. de her. qual. & diff.*

6. Fre-

6. Frequenter argumentum à liberto ad Vasallum duci solet, sed illud in pluribus vacillare inde patet, quia comparatio rei in feudum datæ non est æqualis cum inæstimabili libertatis bono. Deinde quia libertus in omnibus obstrictus est, non autem vasallus nisi ratione feudi. Denique quia Dominus & vasallus reciprocâ fide obstricti sunt *2.F.6.in fin.* quod de Patrono in jure vix invenitur. *T.5.pr.*

7. §. b. tam de Procuratore ad litem quàm negotia intelligimus, quia ad negotia etiam Servus & puer procuratores esse possunt *l.3.§.fin.ff.de minor.* Hinc & illud profuit, quod procurator ad litem esse possit 17. annos natus; Etenim hanc ætatem aptam prætor judicavit ad procedendum in publicum *l.1.§.3.de Postul.* potest quoq; postulare *d.l.3. judex esse l.57.de re judic.* Consul *l.1.§.2.de off. Conf.* *T.6.§.5.*

8. Controvertunt hîc quatenus liceat argumentum ducere à contractibus ad ultimas voluntates, & vice versâ, & procul dubio plus favendum ultimis voluntatibus, sed ratione tamen inspectâ, e. gr. si ratio specialis in contractu sit, non licebit rejicere illam, quod ea in testamento locum non habeat, quod si non constet, ubinam major ratio sit, pro ultimâ potius voluntate concludendum *arg. l.12. de R. J.* *T.7.*

9. Jus vitæ & necis com petiisse dominis & parentibus, iisq; tamen ademptum esse patet per §. 1. & 2. *h. l. fin. C. de parv. pot. l. un. C. de emend. propinq. Deut. 21. v. 18. & seqq.* Sed an justè factum, numq; illam revocari hodiè expediat, variant sententiæ. Prius aff. posterius Neg. Siquidem singulis non est concedendum, quod publicè fieri potest *l.176. de R. J.* neq; expedit Reip. nimiam privatorum sævitiam, cui interdum parum causæ subest, tolerare. Patria quoque potestas in pietate potius, quàm atrocitate consistere debet *l.5. ff. ad l. Pomp. de Parric.* *T.8. §. 1. seq.*

10. Patribus licitum esse in casu extremæ necessitatis vendere liberos dicitur tum *t. 1. C. de patrib. qui fil. distr. Nehem. 5. c. 2.* tum ratio, quia, si liberi tenentur in casu inopiæ parentes alere illudque aliter fieri nequit, æquitas suadet ad distractionem certo modo devenire, dandum & hoc patriæ potestati est, quæ etiam olim ad mortem porrigebatur *qu. præc. quam ob* *T.9. §. pen.*

causam matri hoc concedere non possumus, nam & in *Rubr.* excluditur, & transactione illius liberi servi non fiunt *l. 26. C. de transactionib.* pietas quoque paterni nominis facilius in iure consilium pro liberis capere censetur *l. 22. §. fin. ad l. Jul. de adult.*

T. 10. pr.

11. Vitiatam ab alio pro virgine ductam repudiari posse, uti plerisque placuit, ita verissimum statuimus, tum ob jus divinum *Deut. 22. v. 21. Matth. 1. v. 19.* & in priori quidem adulteræ comparatur, quam repudiari posse constat, tum ob jus civile, in quo emptio ancillæ ob hoc vitium rescinditur *l. 11. §. 5. ff. de Act. Empt. & Vend.* quidni matrimonium? Deinde quia castitas est de essentiâ matrimonii, ideoq; hunc errorem Sponsi ut substantialem excusatum habere possumus, neq; dolum (qui hîc in sponsâ celante facile præsumitur) quenquam relevare æquum est *l. 63. §. 7. pro soc.* Sed idemne in marito obtinebit, si compererit uxor maritum antea quandam imprægnasse? Neg. ob diversitatem rationis, namque major castitas in foemina requiritur *vid. qu. fin.* & uxor partum spurium in domum mariti inferret, à quo maritus pecuniâ se liberare potest.

T. 11. §. fin.

12. Non Nobilis si à Nobili adoptetur an Nobilis fiat, controversum est. Neg. tuebimur, quia Nobilitas à natalibus est *l. 3. C. de commerc. & mer.* quorum jus adoptione non tribuitur *l. 23. de adopt.* 2. Nobilitas pertinet ad statum seu conditionem hominis, quæ adoptione non mutatur *arg. l. pen. C. h. t.* 3. Filius adoptivus non succedit in feudo *2. F. 26. v. adoptivus* quod utique faceret, si sanguinis jus tribueret adoptio. 4. Solum Imper. est facere Nobiles, E. singulis hoc non concedendum.

T. 12. §. 4.

13. De modis solvendi patriam potestatem hîc quæritur, an inter eos referenda Dignitas Doctoralis & matrimonium. Utrumq; Neg. Neq; enim referuntur inter modos hîc, igitur nec nostrum addere. Deinde quod ad doctoream dignitatem attinet non soluti fuerunt Disertissimi Advocati, & Jcti peritissimi *l. ult. pr. junct. §. fin. C. de inoff. testam.* nec milites armati *§. 4. n.* quid igitur diversum in Doctorali dignitate? De matrimonio constare potest ex *l. 2. §. 1. l. 22. §. pen. l. 29. pr. soluc. matr.*

matr. l. 3. l. 4. C. de Donat. int. Vir. & ux. & aliis loc. quanquam de moribus hodiernis aliud pleriq; Dd. testentur.

14. Tu ores in utiliter testamento datos, si tamen à Magistratu confirmèntur, testamentarios nihilominus manere defendemus. Soli enim testamentarii præferuntur matri & legitimis Tutoribus *Nov. 118. c. 5. v. hæc autem servantes.* at confirmati præferuntur *l. 1. 2. 3. de Confirm. Tut.* 2. quia servare solet iudex voluntatem testatoris *l. 2. C. de confirm. tut.* sed patris voluntas fuit, ut testamentarii essent. 3. Dativi satisfacere coguntur, hi non *l. 3. ff. d. t.*

T. 13. §. fin.

15. Quæritur hîc an tutor filiis datus nepotibus datus etiam censeatur? *Neg. Imp. hîc & Jct. in l. 6. ff. de Testam. tut.* propriè enim loquendo nepotes filiorum nomine non veniunt: deinde favor quoque nepotum hîc militare videtur, si quidem Tutoris curæ in plures distraherentur tutelæ, ipsisque vel ex cognatis vel à Magistratu Tutor assignari possit, ut ita juris interpretatione opus hîc non sit, quæ in diversis *ll.* adhibetur.

T. 14. §. fin.

16. Insignem integris Jctorum tractibus quæstionem, an tutelæ administratio, quæ proximo agnato in Heredem Electoratus impuberem ex *Aur. Bullâ Car. IV. c. 7. & Sigismundi d. A. 1413. & 1434.* competit, ei per testamentum auferri possit, quanquam nostrum non sit decidere, attamen pro legitimâ pugnare lubet ob verba generalia d. A. B. ex quibus apparet agnato seniori & proximiori jus vocis & eligendi Regem Romanorum & aliorum jurium ab Electoratu dependentium suò proprio jure competere, quod ei tanquam quæsitum auferri non debet. Neque jus tutorum dandorum adeò laxum, ut *ll.* arctari non possit *l. 120. de V. S.* quod certè de *dicta A. B. Car. IV.* affirmandum, vel iracillum, & nihil novi in eo casu decidisse Imp. concedendum, quod tamen contra *præfat. Gener. & Spec. in d. c. 7.* Accedit, quod patris non videatur, modum eum generalem innovare, quem inviolabiliter servari, nec ab ullo mutari Imp. & status voluere. Nam si successio Electoralis non est in potestate patris, quomodo tutoris datio, apud quem jura Electoratus p. t. resident?

T. 15. pr.

17. Ma-

T. 16. §. 3.

17. Maximam circa mediam cap. dimin. controversiam efficiunt diversa Jctorum responsa, anne scil. illam deportati sentiant, libertatemq; retineant? Aff. Neq; enim recedere à textu expr. hinc & *l. 5. pr. eod. l. 17. §. 1. de pœn.* possumus. add. quod quæstio de eo, tanquam servo non habeatur *l. 9. §. 2. de quæst.*

T. 17.

18. Quanquam mulieres à tutelâ tanquam virili munere sint remotæ, attamen jure novissimo mater & avia liberorum suorum non solum tutrices esse possunt, sed etiam omnibus legitimis præferuntur, *Nov. 118. c. 5. Auth. matri. C. quand. mul. tut. off. fung. pot.* modo secundis nuptiis, Scto Vellejano omnique auxilio renunciaverit *Novell. 94. c. 1. ib. permittimus. l. 2. l. fin. C. quand. mul. tut. off.*

T. 18.

19. Parentum tutelam legitimam non dici propriè verius putamus, quia ad exemplum saltem legitimæ introducta, moribusq; tantum recepta, hinc vicem legitimi tutoris sustinere dicitur pater *l. 3. §. fin. ff. de legit. Tut.*

T. 19.

20. Fiduciariam tutelam non fratribus solis competere ex hoc ipso §. contra quosdam affirmantes elici potest, sed etiam patri in filium ab avo emancipatum, in verb. *filiorum*, & patruo in defuncti fratris filium ab avo emancipatum in verb. *vel cæterorum*.

T. 20. §. 4.

21. Inter ea, quæ specialem legis concessionem exigunt, refertur etiam jus tutorum dandorum, illud enim nec Imperiū est, nec jurisdictionis, sed cui nominatim hoc dedit lex, Princeps, vel Sctum *l. 6. §. 2. ff. de Tut. hinc in pr. & §§. seqq. b. enumerantur aliquot hac de re ll. & personæ, ut & in l. 2. ff. de off. jurid. juridico Alexandria ex Constitutione D. Marci hoc contigisse refertur, item Legato Proconsulis l. 1. §. 2. de Tut. & Cur. dat. ab his. ut & de decurionibus & Magistratu municipali alibi dicitur. Quid autem opus fuisset speciali concessione, si ratione Magistratus competeret? Inde plus non possunt Magistratus circa tutelam, quam l. permittit *arg. l. 20. ff. de Tut. & Cur. dat. & mandari tutelæ datio non potest l. 8. pr. ff. eod.* quæ nota est eorum, quæ à lege descendunt.*

T. 21. pr.

22. Ob gravissimam ll. apparentem dissonantiam in diversas abeunt partes Dd. circa pupilli obligationem, qui sine tuto-

271
tutore contraxit, anne ea saltem naturaliter subsistat. Aff. amplectimur in pupillo, qui consensus capax est *l. iii. de R. J.* Consensum autem naturalem obligationem producere evidenter probatur ex *l. 95. §. 4. ff. de solut.* Hinc naturalis ejus obligatio refertur in *l. 4. l. 95. §. 2. & l. 44. ff. de solut. l. 25. §. 1. quand. dies leg. l. 64. ad SCt. Treb.* inde novari potest *l. 1. §. fin. de Nov. & fidejussor ei accedere l. 127. de V. O. necesse igitur est ut aliqua subsit obligatio d. l. 1. de Nov. l. 6. §. 2. de fidejuss.* quanquam quoad exactio- nis effectum huic juri non assistatur.

23. Transfugam verum tutorem non manere verius ex- istimamus, nam civitatem amittit *l. 5. §. 1. de cap. min.* nec habet jus postliminii *l. 19. §. 4. & 7. de capt. & postlim.* Ergo tutor esse non potest *§. sed & capitis. 4 h. t.* vivus quoque exuritur vel furcā suspenditur *l. 38. §. 1. de pœn.* quid ergo sperandum, ut tutor maneat? Fortè ut revertatur? Sed hoc non præsumitur. Ete- nim publicus hostis eo modo posset esse tutor, facilius enim il- le transfugit, quàm transfuga redit.

24. Controversum hinc est maximè, anne prodigo (qui describitur in *l. 1. pr. de cur. fur.*) lege bonis interdicatur, an ve- rò à Magistratu? Aff. prius per *d. l. 1. pr. l. 18. ff. qui testam. fac. poss. l. 5. §. 1. ff. de acqu. her.* hinc qui à luxurioso emit usucapere non potest *l. 8. pro empt.* & aperte prodigo administratio tutelæ non permittitur *l. 55. §. fin. de admin. & per. tut.* Lex enim est domina rerum nostrarum, nec Prætor heredem & dominum facere po- test *pr. l. de bon. poss.* sed Lex tantum. Quanquam magistratus officium sit denunciare & exequi legis actionem, aliique non agnoscant talem facile, qualem Lex vult, antequam ille decla- ravit.

25. Ante tutelæ susceptionem tutor satisfactionem præ- stare necesse habet *pr. h. l. 4. §. 1. rem pup. salv. for.* qualis autem ea esse debeat, non convenit; fidejussoriam cum communi exi- gimus, ejus enim semper in hoc casu fit mentio *l. 4. §. 4 & 7. l. ult. rem pup. salv. r. r. ff. & C. de fidejuss. & Mand. Tut. & Cur.* Satisdare quoque est securum aliquem reddere datis fidejussoribus *l. 1. qui satisd. cog.* Estque stipulario Prætoriam *pr. h. & §. ult. infr. de div. stip.* illa autem fit fidejussoribus *l. 7. de præst. stip.*

B

26. Tutor

T. 25. §. 16.

26. Tutores testamentarios & dativos se excusare posse patet *l. 13. pr. ff. b. t.* neq; dubium habet, de legitimis quæritur: & à generali regula *b. §.* traditâ recedendum non esse putamus, cujuscunq; generis tutores, id est, omnes se excusare posse, etiam legitimos, quod etiam perspicuè deducitur ex *l. 1. l. 4. C. de legit. Tut. l. 3. §. 8. ff. eod. l. 9. C. de Excus. l. 9. C. qui dar. Tut. Novell. 118. c. 5.*

T. 26. §. 6.

27. Tutor remotus ob latam culpam an infamis fiat, controvertitur. Neg. sequimur, quæ & ex *b. §.* elici potest, ubi dolus & culpa separantur quoad infamiam irrogandam *add. l. ult. C. b. t.* Si igitur de culpa in genere removetur infamia, quidni etiam de specie, latâ scil., idem in *l. 3. §. fin. & l. seq. pr. ff. eod.* habetur, ubi ob segnitiam & inertiam remotus integra existimatione tutelâ abire dicitur, quæ certè latæ culpæ accedunt. Deinde infamiam non irrogari nisi ex causis in jure expressis constat, hæc autem non recensetur in *l. 1. de his qui not. infam.* accedit quod in dubio benignior sententia amplectenda sit *l. 56. de R. J. odiaq; restringenda c. odia. de R. J. in 6. cum & aliàs lata culpa in criminalibus (quibus annumerantur actiones famosæ) dolo non annumeretur l. 7. ad l. Cornel. de Sic.*

LIB. II.

T. 3. §. sacra. 8.

28. Res Deo dicatas ad patrimonium privatum & politicum non vertendas, sed cessante usu destinato, aliis piis causis applicandas esse hoc loco defendemus per *§. b. n. & l. 16. ff. de us. & usufr. leg. c. 51. de R. J. in 6. t. t. X. de Reb. Eccl. non al.* neque enim quæ divini juris sunt humanis nexibus illiganda *l. 21. C. de SS. Eccles.* meritò tamen necessitatis, pietatis, & utilitatis evidentis casus excipi solent.

T. 4.

29. Rerum incorporalium dominium improprium tantum esse plurimi Dd. asserunt, quò minus autem illis assensum demus, facit *l. 3. si usufr. petat.* ubi expressè usufructus (qui est res incorporalis *§. b. n.*) dominium asseritur. Deinde res incorporales vindicari possunt *§. 2. Inst. de act.* Vindicationem autem propriè dictam domino dari notum, ea propter usufructua-

usuarius quoq; dicitur dominus in *l. 8. pr. de reb. aut. jud. poss. l. 4. de usufr. ad d. l. 15. §. 8. quod vi aut clam.* cumq; dominium in jure consistat, non videmus rationem, cur dominium improprium absq; textu hoc in casu fingamus.

30. Cum adjunctum sine subjecto subsistere nequeat *l. 129. §. 1. de R. J.* ideoq; servitutes reales sine prædiis constitui non posse traditur *§. b. & l. 1. §. 1 ff. comm. præd.* à quibus licet alii tX. abire videantur, attamen prioribus assentire ratio manifesta tradit.

31. Circa jus usufructuarii in alienatione variare solent Interpp. asserta. Jus reale illum alienare posse ex *l. 66. de jur. dot. l. 11. §. 2. de pignor. l. 38. cum duab. seqq. ff. b. t.* patet. Quod autem jus ipsum personale attrinet, quia personæ adhæret, eam egressi non potest *l. 3. §. fin. quib. mod. usufr. am.* hinc cum primo usufructuario extinguitur *d. l. 3. & l. 8. §. fin. de peric. & comm. Rei Vend.*

32. Quoniam de habitatione inter servitutes personales agitur, controvertitur an & servitus illa sit. Neg. quia duæ saltem species referuntur *l. 1. ff. de serv.* inter quas habitatio non est, inde proprium quoddam jus dicitur in *§. b.* præcipuè autem quia pro servitutibus vindicandis vel negandis actio confessoria & negatoria dantur *§. eq. 2. l. de Act. quæ de habitatione nuspiam dicuntur, sed vel commodati vel præscriptis verbis.*

33. Haud vulgaris dissensus est de re pupilli, quatenus usucapi possit: & relicta omni distinctione in re pupilli durante ætate pupillari omnem præscriptionem dormire & cessare propugnabimus per *l. 48. pr. de acq. rer. dom. l. 10. pr. ff. quemadm. serv. am. l. 4. §. 24. de dol. mal. & met. Exc. l. 3. v. sed pupillari ætate C. de præscript. 30. ann. l. 3. C. quib. non obj. long. temp. præscr. ad d. quod alienet, qui usucapi patitur l. 28. de V. S.* Hoc verò de pupillo asseri non potest, qui rerum suarum alienationem non habet.

34. De supervenientia liberorum an donationem infringat, dubia videtur quæstio, cum *l. 8. C. de rev. donat. patroni & liberti* tantum mentionem faciat, exinde quidam ultra hunc casum illam *l.* non admittunt, quidam etiam in ultimâ voluntate

575
tate tantum. At communem Dd opinionem hinc sequi melius, quod donatio revocetur etiam in quibusvis donatoribus, si liberi superveniant. Ratio enim adæquata d.l.8. est in conjecturâ paternæ pietatis l.102.ff.de condit. & demonstr. ne videatur successiones alienas propriis antepone l.30. C. de fideicom. quod non fecisset, si liberi adfuissent l.6.§.1. C. de instit. & subst. quæ præsumptio pietatis cum naturalis & generalis sit, ideò inter donationem inter vivos & in ultima voluntate non distinguimus. hanc l. autem locum non habere in modicâ donatione facillè concedimus, cum omnium bonorum & partis facultatum (quæ certè in re singulari modicâ non consistit) mentio fiat.

T.8.pr.

35. Quæramus hinc anne à Principe res privatorum alienari possint. Aff. modò id utilitas vel necessitas Reip. suadeat. Sic ædificia privata propter publica dirui queunt l.9.l.14. C. de oper. publ. & prædia militibus assignari l.11.pr.ff.de Evict. l.15 §.2. de Rei Vind. Ratio ipsa se prodit, quia utilitas publica privatorum est anteferenda, & si omnia debemus Reip. & vel mortem oppetere pro eâ teneamur, quidni bona quædam vel omnia in ejus commodum dimittere? Æquum tamen erit ut ex communi privati damno rursus consulatur.

T.9.§.1.

36. Dari casus bonorum adventitiorum, quorum patris ususfructus non acquiritur, notum, scilicet, si vel pater remisit, vel aliquid legatur filio sub hac conditione, ne pater ususfructum habeat Nov.117.c.1.pr. aut quando pater noluit consentire filio hereditatem adeunti l.fin.pr. C. de bon. quæ lib. Vel quando filio solus legatur ususfructus. Sed an nullam penitus horum bonorum habeat pater commoditatem dubitatur. Nullam ad eum spectare ll. consentire putamus Novell.117.c.1.pr. ib. neq. quodlibet penitus participium. d. l. fin. pr. ib. nullam acquisitionem.

T.10.§.4.

37. Testamentum inter conjuges reciprocum alterâ parte invitâ an rescindi possit controversum est. Aff. amplectimur, ita, ut non solum ab alterutrâ parte revocari possit, si altera pars adhuc vivat, sed etiam si mortua sit, licetque adjectum sit rescindi non debere. Ambulatoria enim hominis voluntas

tas

tas usq; ad mortem *l. 4. l. 17. ff. de adim. & transf. leg.* neq; facultas testandi cuiquam adimenda *l. 43. de vulg. & pup. subst.* nec ullus sibi eam legem dicere potest in testamento, ut à priori recedere ei non liceat *l. 22. pr. ff. de leg. 3.* accedit, quod duo videantur testamenta, tot enim sunt testamenta, quot testantes & Hereditates.

38, Cum militi muto & furdo testamentifactio permittatur, quæritur ane hoc de muto & furdo nato milite intelligendum: Affirm. quia §. generalis est, imò supervacaneus esset, si de vitio accidentali tantum loqueretur, hoc enim etiam in paganis locum habet *l. 10. C. qui testam. fac. poss.* Deinde quia etiam in pulvere scripto herede testamentum militis valet. T. 11. §. 3.

39. An filiusfam. de bonis, in quibus pater usumfructum non habet, de quibus *qu. 36.* testari possit controversum maxime est. Neg. cum plerisque amplectenda per *pr. l. 3. l. pen. l. ult. C. qui testam. fac. poss.* Ratio quoque est, quod jus testandi jure publico certis tantum personis, nempe patribusfam., concessum sit, quod jus deinde in pecuniis castrensibus coarctatum & quidem fictione, ut loco patrisfam. in iis haberentur, quod hisce in casibus non factum, communi igitur prohibitioni adhuc locus erit. T. 12. pr.

40. De causis exheredationis an aliæ admittendæ præter expressas in *Nov. 115. c. 3.* mira est dissensio. Verbis enixis Imp. inhære tutius erit, siquidem profiteretur se indignas recessisse, & prætermittas collegisse, nominatimque recensuisse, ut nulli liceat aliam opponere, quam quæ in illa serie continetur. Contra quæ verba odia ampliare nolumus. T. 13. pr.

41. Cum jus non patiat eundem pro parte testatum & intestatum decedere *l. 7. de R. J.* neque quis facere possit, ne in testamento suo locum habeant *l. 55. ff. de leg. 1.* ideoque testatorem jus accrescendi in heredibus prohibere non posse verius existimamus, namque etiam aliàs ascripta talia pro non ascriptis habentur *l. 36. l. 74. ff. de hered. instit.* T. 14. §. 7.

42. Filio repudiante hereditatem quis succedat, pater an substitutus dubie hic quæritur. Substituto favemus, cum T. 15. pr.

B 3 hic

hic constitutionis conditio exstiterit *l. 3. C. de impub. & al. subst.* voluntasque testatoris præferenda dispositioni, quâ aliàs filio non adeunte pater succedit, nam in conditionibus primum locum occupat voluntas testatoris *l. 19. pr. de condic. & demonstr.*

T. 16. pr.

43. Diversa exstare videntur responsa de pupillari substitutione, an etiam illam mater expedire possit. Neg. & juri & rationi consentanea magis *pr. h. t. & l. 2. pr. ff. de vulg. & pup. subst.* ex quibus apparet potestatem esse fundamentum substitutionis hujus, quæ potestas matri non competit *§. femina 11. Inst. de Adopt.* namque unicum patris & filii censetur testamentum *§. 3. h. t.* cum vox patris & filii una sit *§. & verò de inut. stip.* filiusque familiam patris non matris sequatur *l. 196. pr. de V. S.*

T. 17. §. 4.

44. Anxiæ est quæstionis, quod hic dicitur testamentum filiifam. omni capitis diminutione infirmari, an et illa de emancipatione intelligenda. Aff. tum quod restrictus hic *§.* non sit in hoc casu, tum quod specialiter in favorem militum receptum sit, ut illorum testamentum emancipatione non tollatur *§. pen. supr. de milit. test. l. 22. ff. eod.*

T. 12. §. 1.

45. An testamentum fratris, si spurius heres sit institutus querelam inofficiosi pati possit à fratre vel germano vel consanguineo, non convenit inter Interpp. Benigniori subscribimus, ut eum pro turpi vel notatâ persona non habeamus, ut heres esse nequeat, modò aliàs integræ vitæ & honestorum morum sit. 1. *per c. nunquam. c. dominus 1. Dist. 56.* in quibus expressè spurii parentum opprobriis non dedecorari dicuntur. 2. Quia portæ dignitatum infamibus sunt clausæ *l. 2. C. de dignit.* spurii autem patent *l. 6. pr. de Decur.* ubi adjicitur illos nihil admisisse, ubi igitur non est delictum, ibi nec pœna *l. 26. de pœn.* accedit quod opinio ejus apud cordatos viros gravari non possit, si re & moribus honestus sit.

T. 19. §. fin.

46. Quæritur hîc an hereditatis aditio per Procuratorem expediri possit, quod Neg. per *l. 90. de acq. hered.* ubi in Vet. Exempl. *per Procuratorem* legi Dd. testantur, quæ sanè lectio potius probanda, cum ratione manifestâ juvetur, quod nudâ voluntate aditio perficiatur *§. h. l. 88. de acq. her.* itaque Procu-

ra-

ratoris nihil hinc efficit factum, quod satis probat *l. 26. d. t. actus quoque legitimi, qualis est hereditatis aditio l. 77. de R. J. per procuratorem expediri non possunt l. 123. pr. eod. facit quoque maximè, quod speciali jure hoc in Procuratore Cæsaris receptum esse dicatur in l. 1. §. 2. ff. de off. Procur. Cæs.*

47. Judæos singulos ex testamento Christiani legatum capere posse benignius putamus, ob favorem maximum ultimarum voluntatum, & quia omnes ex testamento capere possunt, qui non prohibentur, atqui Judæi singuli (aliud enim est in prohibitis eorum collegiis) prohibiti non inveniuntur. Legibus quoque Romanis, tam activè quàm passivè vivunt *l. 8. C. de jud.* imò etiam hodiè ad mortem damnati testamenti factionem habent, quidni Judæi, qui tolerantur? Excipiuntur tamen rectè res, quarum capaces non sunt, ut mancipia Christiana & similia.

T. 20. §. 24.

48. Ob jus conjunctionis, quando res una duobus legatur, dubia oriuntur plura, an conjunctio sit, an verò translatio legati, e. gr. hoc l. quærimus, an translatio legati sit, si testator dicat, *quod Titio legavi, Sempronio do lego?* Aff. per *§. h. n. l. §. ff. de adim. leg.*

T. 21. §. fin.

49. Heredem si onerata sit legatis hereditas, vel si illam alteri restituere rogatus est, detrahere posse quartam, quæ in priori casu dicitur Falcidia, in posteriori Trebellianica notum est aliàs & ex *pr. h. t. §. sed quia 6, tit. seq.* Hæ quartæ quomodo ex hereditate detrahendæ sint, controversum est. Resp. Falcidia detrahenda ex hereditate, ita, ut non imputentur in eam legata, quæ heredi relicta sunt *l. 91. l. 74. ff. ad l. Falc.* & ex verbis *l. Falc.* paret relatis in *l. 1. pr. eod. ib. ne minus quàm partem quartam hereditatis capiat.* Ideoque legata ad eam non pertinent. In Trebellianicâ autem contrarium est *d. l. 91. ad l. Falc.* Ratio differentiæ ea potest dari, quod præsumatur testator dilexisse magis heredem, quem fideicommissio non gravavit, & ideò præcipere eum voluisse legata, in herede autem fideicommissio onerato, hæc præsumptio cessat, nam hinc fideicommissarium magis dilexisse videtur.

T. 22. pr.



T.23.S.9.

50. Heres non conficiens inventarium perdit Falcidiam, *Nov.1.c.2.S.2.* ane etiam Trebellianicam? Sic putamus per *d.Nov.1.c.2.S.2. in fin.* ubi patet etiam de fideicommissaria hereditate Imp. cogitasse. 2. Quia argumentum hâc in parte ducere licebit à Falcidia ad Trebellianicam, quæ eodem favore introducta.

T.24.S.1.

51. Imp. hic verba sunt, non plus rogandum aliquem restituere, quam ceperit ex testamento, quid si tamen minus accepit, & plus rogatus est restituere, vel quantitatem minorem accepit, & speciem majoris pretii restituere rogatus sit? Priori casu inutiliter superfluum adscriptum est *S. b. & l. 8. pr. ff. de leg. 3.* nemo enim plus onerari debet, quam est honoratus *arg. l. 10. de R. J.* Posteriori casu, vel speciem propriam rogatus est restituere, & ad præstandum tenebitur, si susceperit quantitatem *l. 70. S. 1. de leg. 2.* vel alienam speciem rogatus restituere, & si dominus eam vendere nolit, pro pretio quantitatis, æstimationem præstando solvitur heres *argum. l. 34. pr. de leg. 2.* Ratio differentix est, quod heres accipiendo quantitatem æstimasse speciem suam eâ videtur, secus in posteriori casu.

52. Quærunt hic Dd. an mulier in Codicillis testis esse possit. Aff. cum communi subscribimus *l. 6. S. fin. h. & l. fin. C. eod.* quia nullam solennitatem Codicilli requirunt, jam autem mulier in testamento solum idè excluditur, quod solennitatum capax non sit (quod originem ex comitiis habet) *l. 20. S. 5. 6. & 7. ff. qui testam. fac. poss.* aliàs enim admittitur *d. S. 6. ibi aliàs.* ubi scil. probationes saltem exiguntur, quas mulier præbere potest *l. 18. de Testib.*

LIB. III.

T.1.S.2.

53. Legitimos per subsequens matrimonium parentibus per omnia, etiam in feudis, succedere, benignius est, ut asseramus per *S. b. Nov. 19. Pref. l. 5. l. 10. C. de Nat. lib. c. tanta. X.*
qui

275
qui fil. sint leg. matrimonii enim favor maximus, ut meritò ei dandum sit vitium hoc antecedens purgare.

54. Agnatos succedere etiam si longissimo sint gradu *T. 2. §. 3.* probat *§. b. & l. 2. §. 1. ff. de suis & legit. cognatos autem tantum ad septimum gradum §. fin. I. de succ. cogn.* cum autem agnatorum cognatorumq; differentia omnis sublata sit per *Nov. 118. c. 4.* quæritur num ita hæc differentia componenda, ut agnatorum successio ad septimum astringatur gradum, quod quidam volunt, an verò ut ambo in infinitum succedant? Posterius apprehendimus per *d. Nov. 118. c. 3. §. 1. ib. omnes deinceps cognati à latere.*

55. Matrem filiis impuberibus tutorem intra annum *T. 3. §. pen.* non petentem eorum successione privari Imp. hîc sunt verba, quod tamen ita demum procedit, si filii decedant impuberes *l. 3. l. 6. C. b. t. & mater sit major, minor enim per ætatem excusatur l. 2. C. si advers delict.* quo casu nec restitutione in integrum opus habere putamus. *arg. l. 2. & l. pen. C. in quib. caus. rest. in integr.*

56. Spurios ad matris successione admitti non incogniti juris *§. h. n. l. 23. de Stat. hom. l. 4. & 8. ff. unde cogn.* sed hoc non procedit in matre illustri, adeò ut legitimis existentibus liberis neq; in testamento, neq; ab intestato, nec ex liberalitate inter vivos quicquam à matre vel ascendentibus per maternam lineam tales percipere posse putemus per *l. 5. C. ad S. Ct. orfic.* *T. 4. §. pen.*

57. Sorores vel fratres consanguineos & uterinos concurrentes succedere æqualiter absq; bonorum paternorum vel maternorum distinctione, ut credamus, facit æqualitas gradus & generalitas textus in *c. 3. junct c. 2. Nov. 118.* quam solam in successione materia sequi jubemur *in præfat.* *T. 5. §. 1.*

58. Computationem graduum civilem præferendam esse Canonice firmiter credimus, tum quod illa nitatur fundamento Naturali in numeratione graduum, scil. generationes computando, quæ computatio etiam in jure divino observata videtur *Matth. 1. v. 17. 1. Chron. 6. & 9.* tum quod hæc, nempe Canonica, vitio non carere videatur: e. gr. in lineâ inæquali collateralis observata ejus computatione oriri potest, ut tres vel plures distincti gradus personæ, concurrant in gradu uno cum
C per

personā, quæ tamen naturaliter diversis ab istis distat. Plura dantur vitia, quæ commodius in demonstratione observantur.

T. 7. pr.

59. Servo, quamdiu in servitute est, nec succeditur nec ille succedit *l. 4. C. comm. de Succ.* neq; enim ulla ejus cognatio *l. 1. §. 2. ff. und. cogn.* juris civilis enim non capax *l. 32. de R. J.* ubi tamen jus naturale attenditur, cognatio ejus attenditur, ut in *l. 14. §. 2. de rit. Nupt.*

T. 8. §. fin.

60. Si quis ex delicto condemnatus fuerit, an jura Patronatus, quæ habuit, ad liberos ejus, an verò ad fiscum devolvantur, inter ipsos Jctos constare non videtur. Liberis hæc in parte de æquitate favemus per *l. 4. ff. de jur. Patron. l. 9. ad l. Jul. Maj. l. 5. C. de obseq. patr. præst.*

T. 9. §. 2.

61. Cum ad assignationem liberti uni ex filiis faciendam requiri videatur, ut in potestate filius sit, quaritur an emancipato assignari libertus possit. Neg. potissimum si sit solus *§. 2. h. §. l. 1. pr. l. 9. ff. eod.*

T. 10. pr.

62. Bonorum possessio dominium tribuit *l. 1. ff. h. t.* sed quale? Putamus non utile nec possessionis, ut quidam, sed verum. Non quidem immediatè, sed petitione possessionis, persecutione & retentione rerum medianibus.

T. 11. §. fin.

63. Creditorum nomine *h.* non putamus contineri fiscum occupantem bona filii condemnati, peculium, enim hoc patri potius, modò aliàs non arceatur, quàm filco deberi censemus *l. 3. C. de bon. damnat.*

T. 12. §. 2.

64. Quia instar bonorum possessionis hæc addictio petenda est, ideò non nisi volenti contingere debet *arg. l. 4. §. 21. ff. de fideicom. libert. junct. l. 3. de bon. poss.* uti nec servis nisi volentibus libertas hoc casu dari *l. ult. §. 2. C. de Testam. manum.*; invito enim beneficium non datur *l. 69. de R. J.* casus tamen dari posse non negamus, quibus ob publicum vel privatum interesse ad id cogi queat.

T. 13. pr.

65. Conditionalis creditor an in bona immiti, eaque possidere possit ob diversa responsa Pauli in *tit. ff. ex quib. caus. in poss. eat.* non immeritò dubitari solet. Aff. per *l. 6. pr. d. t. tuebimur*, quoad primum tamen decretum ex *l. 12. eod.*

66. Ob-

276

66. Obligatio rectè In tractatu de jure rerum ab Imp. lo- T.14. pr.
cata est *pr. h. & pr. de rer. div.* siquidem est modus acquirendi §.
alteri 18. de inut. stip. §. ult. de us. & habit. l. 11. pr. ff. de accept. res in-
corporalis §. *un. de reb. corp. & incorp.* & inter bona connume-
ratur *l. 49. de V. S.*

67. Valore pecuniæ creditæ mutato, quodnam tempus T.15. pr.
in æstimatione faciendâ spectari debeat, perplexa & quotidiana
est quæstio: Defendere lubet communem, spectandum esse
tempus contractus, non attentâ distinctione extrinsecæ vel in-
trinsecæ mutationis *arg. l. 69. de contrah. empt. c. pen. X. de cens.*
Reddi enim debet in eâdem bonitate & qualitate *pr. h. l. 3. de reb.*
cred. & quoties æqualis in utramque partem ratio lucris & da-
mni est, neutra lædi videtur arg. l. 7. C. de usur. l. 2. C. de inoff. Te-
stam. Itaque centum aureis mutuo datis, reddi debent, quan-
to in valore contractus tempore fuerint. Non tamen judi-
cem huic regulæ ita astringimus, ut nunquam discedere liceat,
nam & moram debitoris & verba conventionum, & æquita-
tem, juraque statutaria sollicitè spectare tenetur.

68. Cum in facti obligationibus consilium det Imp. h. §. T.16. §. fin.
ut pœnam iis adjiciant contrahentes, propter incertitudinem
ejus quod interest *l. fin. ff. si quis in jus voc. non iv.* quia in facto
consistit *l. 24. de R. J.* Et insuper liberi hominis voluntas non
ita præcisè astringenda ad factum, ne servitutem pati videatur
l. 71. §. 2. de condit. & demonstr. idè ab obligationibus facti libe-
rari se debitorem posse præstatione interesse verior est senten-
tia *l. 13. §. 1. de re judic. l. 72. d. V. O. cum simil.*

69. Quanquam respectu rei in obligationem deductæ T.17. §. 1.
una duorum reorum videtur esse obligatio *l. 3. in fin. ff. h. t.* quia
tamen ratione reorum, quorum uterq; se obligavit, duæ sunt
obligationes *l. 9. §. fin. eod.* adè ut si unus alteri heres existat,
is duas sustineat obligationes *l. 13. eod.* inde quoque sequitur
quod uterq; reorum insolidum teneatur §. *h. l. 2. l. 3. §. 1. ff. d. l. 1. &*
2. C. eod. Quod nec novissimo jure mutatum putamus, nisi in fi-
dejussoribus *Nov. 99. c. 1.*



T. 18. pr.

70. Licet servus juris civilis capax haud sit *l. 32. de R. Jur.* attamen eum ex personâ domini stipulari posse per *h. §.* patet, dominus enim ipse fingitur stipulatus per servum. Hinc quaeritur, an servus hereditarius futuro Heredi, qui dominus ejus nondum est, stipulari possit. Aff. placet, modo res in stipulationem deducta certam personam non requirat, & nomen heredis non exprimatur *l. 84. §. fin. l. 35. ff. b. t.*

T. 19.

71. Cum varia divisionibus *h. t.* traditis objici possint, eas tautologia non laborare defendemus.

T. 12. §. 18.

52. Alteri stipulari neminem regulariter posse probat *§. b. §. l. 38. §. 17. l. 97. §. 1. l. 110. pr. de inut. stip.* quia quisq; agit, ut acquirat sibi, non alteri *l. 1. C. per qu. person. cuiq;.* & quaecunque gerimus, cum ex nostro contractu originem trahant, nisi ex nostra personâ obligationis initium sumant, inanem actum nostrum efficiunt *l. 11. de O. & A.* Quam regulam etiam jure Canonico & Feudali obtinere putamus *c. 30. non solent. 2. q. 6. arg. 2. F. 1.*

T. 21. §. 1.

73. Licet novissimo jure propter nimium abusum improbatum sit pactum, quo se fidejussores & Principales ad obstagium (vulgò die Leistung / Einreitung / oder Einlager) obstringunt, *Policey Ordnung zu Franckfurt de Anno 1577. t. 17.* Attamen cum regionibus quibusdam (ut in Patriâ nostrâ) illud adhuc frequentari videamus, in iisdem illud quoque, si promissum sit, licitè exigi posse defendemus. Neq; enim jure Canonico improbatum *c. 9. de jurejur.* Nec juri civili adeò absonum esse putamus *arg. l. 3. § 5. de hom. lib. exhib. l. 30. §. 5. de leg. 3. l. 28. §. 1. ex quib. caus. maj.*

T. 22.

74. Quia legale biennii tempus exceptioni non numeratae pecuniae praefinitum, ita ut extra illud non extendatur, *h. t. in fin.* & nullo modo eo elapso opponi possit *l. 14. pr. C. de non numer. pec.* itaque illam post terminum constitutum opponi non posse statuimus, licet debitor probationem subire velit, cum omninò solvere compellatur *l. 8. C. d. t.* & ratio ubiq; praegnet, scilicet ne diutius pecuniis suis defraudentur creditores *v. fin. h. t.* & socordia debitoris ipsi profit, creditori verò noceat.

75. Cum

75. Cum contractus consensuales quatuor *Imp. b. faciat* T.23.
Emptionem & Venditionem, Locationem & Conductionem,
societatem, mandatum. Ideò illos & veros contractus, & qui-
dem solos ex consensu esse defendemus.

76. Jus retractus seu *ωεγπιμῆσις*, quanquam jure Civili T.24.
videatur improbari *l.14. C. de contrab. Empt.* attamen cum jus di-
vinum *Lev.25.v.25. Ruth.c.4.v.4. Jerem.32.v.7. & 8.* Canonicum
c. constitutus de in integr. rest. Feudale *2.F.3. §.1. & Const. Frid.*
de jure Protim. lib.5.F. & præsertim plerorumque locorum con-
suetudo probaverit, quæstionem de eo subjungamus, an scilicet
retrahere volens præcisè teneatur offerre pretium, quod Ex-
traneus solvere est paratus, licet justo magis sit, an vero rei pre-
tio retrahere possit? Aff. prius, modo fraus absit, Non so-
lum, quia surrogatus in locum emptoris, ideoq; id præstare te-
netur, sed etiam, quod duplici incommodo Venditor hîc gra-
varetur, uno, quod invitus cogatur vendere alteri, altero, quod
partem pretii sine culpâ amitteret, quod tolerari nequit, quia
duplici onere nemo gravandus, nec privilegia tertio detrimen-
tum afferre debent, faciunt huc *c. potuit. X. de Locat. cap. un. 2. F.*
3. §. 1. l. 38. ff. de Rei Vind.

77. De re locatâ combustâ conductor. non teneri commu- T.25. §.5.
nis ferè Interpr. consensus approbat, quippe incendium à nullo
præstatum *l.23. de R. J.* quia casus fortuitus est *§. 2. supr. quib. mod.*
re contr. oblig. debet itaque fortuitum esse, non culpâ inhabi-
tantium ortum. Sed si non constet, num culpâ an verò for-
tuitò ortum sit, cui incumbat probatio, non adeò liquet. Vide-
tur tamen præsumptio casus fortuiti pro conductore militare,
ut Locator necesse habeat negligentiam probare *arg. d. l. 23. de*
R. J. l. 6. §. fin. ff. Naut. Caup Stab. l. 18. §. 1. de prob. & pres. & quili-
bet præsumitur diligens, donec contrarium probetur, Actori
quoque incumbit probatio *per vulg.*

78. Societatem talem frequenter iniri notum est, ut u- T.26. §.2.
nus solam operam & nihil pecuniæ, alter verò solam pecuni-
am & nihil operæ conferat, circa quam quæritur an finitâ so-
cietate nullo pacto existente, fors sive pecunia collata dividen-
da sit, num verò collatoris permaneat? Posterius Aff. quia



initur eo animo, ut lucrum tantum sit commune §. 2 b. & duplici gravari posset incommodo conferens pecuniam, amittendo & partem pecuniæ & usuras totius.

T.27. §. 7.

79. Mandatorem homicidii eidem pœnæ, quâ mandataris afficitur, subjugandum esse aperti videtur juris *l. 5. §. 1. ad l. Corn. de Sic. arg. l. 7. §. fin. de jurisd.* sed an mandans vulnerare, prohibens verò occidere, teneatur ordinarie pœnâ, si mandataris mandatum transgressus hominem occiderit, quotidie controversitur, benigniori negativæ subscribimus. Licet enim culpa hic adsit, tamen ea ad condemnandum non sufficit *l. 7. ad l. Corn. de Sic. arg. l. 7. §. fin. de jurisd.* sed animus occidendi requiritur *l. 1. §. 3. eod. facit, l. 3. §. 2. eod. c. tua X. de Homicid.*

T.28. §. 1.

80. De Actione Negotiorum gestorum dubiè solet quæri, an competat correo debendi, qui totum debitum solvit, adversus alterum correum? Neg. Quia licet ille alienum negotium gesit, tamen quia tale est, quod sine proprii negotii expeditione explicare non potuit, non competit hæc actio *l. 25. §. 16. ff. fam. hercisc. l. 40. ff. de Neg. gest.*

T.29. pr.

81. Dubitari solet an etiam peculio profectitia annumeranda sint bona, quæ filio donata vel legata ab Extraneo sunt, si intuitu patris hoc factum sit? Aff. amplecti suadentur *l. 10 §. 6. de vulg. & pup. subst. §. 1. supr. per qu. pers. cuiq. acqu. tum ratio, quod perinde sit, ipse solvam vel alius meâ contemplatione arg. l. 6. §. 1. de Neg. gest. l. 45. §. fin. de acq. vel omitt. hered. & quod dos profectitia sit, quæ ab alio contemplatione patris constituta est l. 6. ff. de collat. bon.*

T.30. pr.

82. Communi Interpp. ferè consensu & in foro receptum est creditorem in debito liquido solutionem particularem jure recusare posse. Quam sententiam & juri nostro & æquitati omninò congruam esse existimamus, licet aliud haud secundi nominis Jctis visum sit. Et quod jus illam rejiciat patet ex *l. 41. §. 1. ff. de usur. l. 57. pr. de Edil. edict. l. 9. C. de solut. l. fin. C. debit. Vendit. pign. imped. non poss.* Ratio quoque non permittit, ut quis alteri iniquam conditionem inferat *l. 74. de R. J.* quæ certè ex particulari solutione provenit *l. 3. fam. hercisc. & naturæ convenit, ut eo modo solvatur obligatio, quo colligata est*

est l. 35. de R. J. & aliud invito pro alio solvi nequit l. 2. §. 1. de Reb. cred. jam autem totius numeratione contracta est obligatio, aliudque est totum aliud pars §. si minus 34. de Act. hinc speciali jure in quibusdam contrarium decisum, ut in favore libertatis l. 4. §. 6. de stat. lib. & si de fundis patrimonialibus Cæsaris pensio detur l. 4. C. de fund. patrim.

LIB. IV.

83. Frequens quæstio libro huic caput erit: an simplex *T. 1. §. 3.* furtum effractione (non tamen violentâ) ædium vel conscensione commissum, valorem tamen quinque aureorum non excedens suspendii poenâ sit vindicandum? Et quanquam verba *Ord. Crim. A. 159.* generalia esse videantur, attamen mitius cum tali fure agendum existimamus 1. Quia violento raptori suspendii poena in *d. A. §. A. 162.* dictatur, non autem verisimile videtur Imp. æquales facere velle violentos & maximos fures minoribus & privatis. 2. quia *c. 1. §. si quis quinq; 3. F. 27.* De violento tantum fure loqui nobis persuasum habemus, in quo fundamentum poena hæc suspendii habet. 3. quia etiam furto armis facto non præcisè suspendium deberi *ex verb. fin. d. A. 159.* liquet. 4. quia aliàs poena suspendii exorbitans multis videtur, ideoq; potius mitiganda, Adstipulatores quoque ex *Scab. Saxon.* non deesse nobis scimus.

84. Res à militibus vel prædonibus emptas dominum *T. 2. pr.* etiam absque refusione pretii vindicare posse justum putamus, præsertim si latente domino absque denunciatione publica & protestatione à tempore novissimi belli fuerint vel retentæ vel celatæ. 1. per *R. 7. de Anno 1559.* Und nachdem an etlichen Orten. in *fin. ib.* ihnen ohne Entgelt wiederum zugestellet werden sol. Reuterbestallung zu *Spener d. Anno 1570. Art. 93* 2. Quia in rebus furtivis id obrinet *l. 2. C. de furt.* res autem ejusmodi, furtivas esse ex *dd. loc.* & ex ratione hujusmodi belli, quodq; contra ipsorum jus vulgò *Arrensbrief* captæ sunt, colligere licet. Imò si cuius rei dominium probante res cedenda est, integrè eam recipere dici nequit, cui enim pretium rei abest, ipsa res abesse

abesse videtur. Accedit, quod res maneat ipsius, qui eam recuperare potest *l. 44. v. sed putat. ff. de acq. rer. dom.* Rescripta quoque in hanc rem Ser. El. Sax. aliorumque Principum ac Curiarum extare non ignoramus.

T. 3. §. 14.

85. Iniquum videtur illum de damno refarciendo teneri, qui arcendi incendii causam vicinas aedes est demolitus per *l. 3. §. 7. ff. de incend. ruin. l. 7. §. quod vi aut clam l. 49. §. 1. ad l. Aquil.* dolus enim & culpa hic abest, quae in *l. Aquilia* requiruntur *§. b.* & alia ea, quae ex improvise casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque non noxae imputari solent *l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar. l. 6. C. de Sicar. l. 6. C. de pign. Act.* quanquam tamen si saluti totius viciniae hoc modo prospectum sit, non negemus aequitatis ratione de communi succurrendum ei esse, cujus aedes dirutae sunt *arg. l. 1. §. 2. de l. Rhod. de jact.* ne caeteris commodum sentientibus solus ille incommodum sustineat.

T. 4. §. 1.

86. Qui testibus crimen aliquid objicit, ut eorum testimonium rejiciat, si intra juris sui observandi terminos consistat, injuriarum non tenebitur per *l. 12. ff. de injur. l. 18. §. 7. l. 44. de jur. fisc. l. 14. §. 7. §. seq. ff. de bon. libert.* Nemini enim facit injuriam, qui jure suo utitur *l. 55. de R. J.* & juris executio non habet injuriam *l. 13. §. 1. de injur.* cauti tamen judicis erit, non indulgere illis, qui hancce sententiam (etiam in causam levi) libidini alterius famam sugillandi praetexunt.

T. 5. §. fin.

87. Caupones, qui hospitii publici munus in se receperunt, cogi ad hospites suspiciendos possunt, hoc enim officium illorum & Reip. utilitas requirit.

T. 7. §. pen.

88. Cum utilis servi corrupti actio competat etiam ob filium corruptum *l. 14. §. 1. ff. de serv. corrupt.* Nil vetat, quo minus etiam eam in corruptores studiosorum optima indolis concedamus. Interest enim parentum animum liberorum non corrumpi *d. l. 14.* quod si parentes absint, nullumque Procuratorem constituerint, aequitatis ratione vel ipsis corruptis dari posse hanc actionem haud absurde quis dixerit, quanquam enim aliam propriam allegans turpitudinem non audiatur, tamen Reip. favor hic militat, cujus interest refrenari corruptores juvenilium animorum, ne postea tristem experiantur exitum,

tum, qui eos post dispersum patrimonium exspectat *l. fin. §. fin. C. de bon. qualib.*

189. Renunciationem SCti Macedoniani nullius esse *T. 7. §. pen.* momenti communi calculo rectè receptum, privato enim isto pacto creditori neutiquam jus exigendi crediti acquiri potest à SCto ipsi ademptum *arg. l. 7. §. 14 l. 38. de Pact.* Sed quid dicendum si juratoria renunciatio fuerit? Neq; hanc valere civiliter verius putamus *d. l. 7. §. 16. de pact. l. 16. C. de non numer. pec.* iuramentum enim quod contra bonos mores est, ansamq; præbet delinquendi haud servandum *c. 58. de R. J. in 6.* quale hoc præberet *l. i. pr. ff. de SCt. Mac. §. b. n. in fin.* neque concedendum per cuniculos id subrui, quod rectâ viâ prohibitum est.

90. Adversus bonæ fidei possessorem etiam noxalem actionem dari verius est *l. 13. l. 28. ff. de Noxal. Act. l. 8. de interrog. in jur. fac.* si enim commoda domini habet, cur non & incommoda? Læso quoque hoc casu vix aliter succurri posset, quod tamen, ut fiat, æquum est.

91. Quadrupedem alienam in agro inventam damnumq; dantem de jure civili non licere includere, donec satisfiat, verius credimus per *l. 39. §. 1. ad l. Aquil.* habet enim proprias actiones, periculum quoque subest, ne deterius reddatur vel omnino pereat pecus, iniquumq; videtur, quod dominus pecoris & damnum resarcire & fructu istius tamdiu carere debeat. Quamquam contrarium jure Sax. constitutum *LandX. libr. 2. art. 47.* & consuetudine passim receptum esse non nesciamus.

92. An & quatenus in capitalibus Procurator admittatur vacillantes sunt sententiæ, breviter nostram dabimus: ut nullatenus admittatur Procurator vel ad accusandum vel defendendum, si principalis præsens sit, & iudex illum in potestate habeat *l. i. ff. an per al. caus. app. l. 15. C. de Accus. l. 3. pr. C. ubi Sen. vel Clariss.* ne iudicium reddatur elusorium, non præsentem eo, qui pœnam sustinere debet, vel iniquum, puniendo innocentem Procuratorem. 2. quia per Procuratorem Accusator

D tor

tor impudentius crimina ingereret, reus quoque constantius negaret admissum, cujus sapè ex vultu convincitur. Si tamen absens sit, nec in eum iudicium exercere Magistratui integrum sit, consultum erit, vel saluum conductum dare, vel ejus causam à Procuratore audire, si liti se offerat per *l. 10. l. pen. §. 1. de publ. jud. l. 3. C. de Accus.*

T. 11. §. 3.

93. Maritus quanquam uxoris in iudicio Procurator esse possit, etiam sine mandato, satisfactionem tamen & cautionem de rato ei non remittendam esse verius existimamus per *l. 2. l. 21. C. de Procur. Process und GerichtsOrdnung Sereniss. El. Saxon. Job. Georg. c. 8. Wie die Weibes Personen vor Gerichte handeln mögen. in fin.*

T. 12. §. 1.

94. De Actione ex contractu defuncti quatenus contra heredem detur, si dolus defuncti arguatur, non expeditum in iure videtur, in solidum eum regulariter teneri defendere cum communi hac vice volumus, non quatenus ad eum pervenit *l. 152. §. fin. l. 157. §. ult. de R. J. l. 12. l. 49. de O. & A. l. 7. §. 1. de pos. in contractibus enim ejusdem juris cum defuncto est heres t. t. C. ut act. ab hered. & contr. her. dent. jam autem, si ipse contractus transit, accessoria quoque transire necesse est, c. accessorium 12. de R. J. in 6.*

T. 13. pr.

95. Exceptionum aequitate nitentium favor maximus est, adeò ut ad eorum probationem instrumenta ab Actore edireo necessum sit *l. 5. l. ult. C. de edend. cum ex adverso reus actori ad probandam intentionem instrumenta regulariter suppeditare non teneatur d. l. ult. l. 4. C. de edend. grave enim est actorem arma te rogare, quibus negotium tibi faciat, cum ipse paratus iudicium adire debeat l. 7. C. de Testib.*

T. 14. pr.

69. Tradidere quidam Practicorum in Exceptionibus, replicationibus, duplicationibus &c. hanc cautelam, ut si quis vereatur, ne per responsionem objecta quodammodo confiteatur, possit primum ea negare, & sic ad probationem objicientem cogere, nihilominus tamen deinde responsionem vel simplicem vel conditionalem salvam habere. Quæ quidem in foro

foro civili ita procedit. Sed num in foro conscientiae seu animae excusetur negans, dubium certè videtur. Aff. tamen amplectimur. Quia in animae foro non subtilitas processus inspicitur, sed ipsa veritas, itaque qui exceptionem habet & sic non tenetur, vel non teneri putat, optimè potest intentionem adversarii negare; namq; eadem ratione negaret eam, si statim opponeret, neq; cogi debet, ut Exceptionem probet, ne deterioris juris sit, quàm actor, cui etiam de jure divino probatio incumbit *arg. Deut. 5. v. 13. c. 19 v. 15.*

97. Non levis dissensus Interpp. circa bona prædiis locatis illata, quatenus pignore obstringantur. Nos distinguentes inter rustica & urbana, ut in his tacitè, in illis non nisi expressè pignus contrahatur, sequendos ducimus *per §. h. n. in fin. l. 4. pr. ff. de pact. l. 24. §. 1. Locat. l. 32. de pign. l. 4. pr. l. 6. ff. in quib. caus. pign. tac. contrah. l. 3. l. 5. C. eod.* Ratio differentiae esse potest, quod Locatori fundi fructuum nomine detur hypotheca, quibus sibi prospicere plerunq; poterit *l. 7. pr. ff. d. t. d. l. 24. locat.*

98. Quanquam §. h. n. aliaeq; ll. juramentum calumniae ab omnibus exigant, attamen patronos & parentes cum liberis libertisque litigantes eximi ab hac regulâ cum communi sententiâ statuimus, tum *per l. 8. §. 5. ff. qui satisd. cog. l. 7. §. 3. & seq. de obs. par. & patr. l. 13. §. 14. de damn. infect. l. 16. de jurejur.* tum per rationem generalem, quod reverentia iis debita non relinquat liberis libertisque in calumniae suspicionem eos vocare *d. l. 7. §. 4. l. 9. de obseq. par.*

99. Ob diversa Jctorum responsa dubia satis est quaestio, an pater filio vel vice versâ iudex esse queat: & non attentis, quae hic cumulantur, distinctionibus, si consentiat adversarius, non dubitamus alterutrum subire posse & debere munus publicum *per l. 13. §. ult. ad SCt. Treb. l. 6. de recept. qui arbitr. recep. l. 77. l. 5. seq. de jud. junct. l. 13. §. fin. de Vac. & excus. mun. l. 57. de rejudic.* Quod si autem contra eum excipiat, minimè admittendum esse *l. 10. de jurisd.* iniquum enim esset in suâ causâ aliquem

quem iudicem esse *l. 17. de iudic. l. un. C. ne quis in sua caus.* uti hic contingeret, cum pro una habeantur persona *l. fin. C. de impub. & al. sine suspicione quoque lites procedere debent l. 16. C. de iud.* at quomodo hic illa exulare posset in personis, quarum una voluntas & vox *§. 4. de inut. stip?*

T. 18. §. 8.

100. Gravissimam poenam in Virginum raptores constitutam esse patet ex *l. 54. C. de episc. & Cler. l. un. C. de rapt. Virg. Nov. 143. Ord. Crim. Car. V. Art. 118.* Sed an ea etiam in foeminis masculos rapientibus obtineat non convenit. Aff. subscri-
mus 1. quia vis hic inspicitur. 2. quia extendi vult Imp. dictam poenam, ad personas, qui gravius delinqvunt *d. l. un. pr. v. quae multo magis.* Jam autem gravius delinqvunt foeminae, utpote a quibus major verecundia & pudicitia exigitur *arg. l. 1. §. 5. de postul. l. 5. ad SCt. Orfic.* 3. quia foeminae adjutrices eadem poena tenentur *d. l. un. §. 2. v. ceteros.* quidni auctrices? 4. quia masculinum continet sub se foemininum *l. 1. l. 195. de V. S. etiam in poenalibus quandoq; l. 7. §. 1. de iuris d. l. 10. §. 1. ad l. Jul. de Adult.*

Soli DEO Gloria.



WITTENBERG, Diss. 1652


ULB Halle 3
002 716 461



TA 30L

VD 17







16 207
1652 5
16

GRATIA.

TIO IN.

NUM IM-

n ex singulis earum
m continens,

tebergensi
ANTE

onsultissimo, Excellentiss.

COSELIO

Celeberr. Curia Elect.

rid. Assessore, & h. t.

ectab.

OTORE ac Praeceptore

vando.

ctorum

temb.

ridianis

utabit

HOMÆLIS,

olfatus.

RGÆ

Röhnerus, Acad. Typogr.

LII.

